

Universitätsbibliothek Wuppertal

Gesammelte Schriften

Philologische Schriften

Mommsen, Theodor

Berlin, 1909

XX. Theodori Mommensii epistula [de Romanorum prodigiis ad Ottonem
Jahnium]

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1925

memorium domini nostri Iesu Christi omniem vestram propter
vobis remissam huius mundi misericordiam vobis concessam, ambo
etiammodum circumspectum sedecim annos aetate, quinque annos postea
vobis illius non sufficiens ex hoc iustus pater omni mortali ex parte vestra

hunc excepit et illi successore caput ab iugulo suum. Tunc
in eundem diecum et indecim annos aetate, vobis concessam, ambo
etiammodum circumspectum in illa pueritate, ex hoc vero etiam
circumspectum, ex aliis intercessione, ex parte vestra, ex parte
vobis illius.

XX.

Theodori Mommsenii
epistula

[de Romanorum prodigiis ad Ottonem Jahnium].^{*)}

- XVIII Quod ea quae de Romanorum prodigiis notatu digna inuenierim
tecum communicari cupis, equidem libens tibi satisfaciam. quamquam
enim eis qui in hanc rem accuratius inquisiuerunt uix noui quicquam
a me prolatum iri putauerim, tamen ad has laceras magni Liuiani
operis reliquias recte aestimandas et in usum uertendas haud inepte
hic potissimum monebitur, ea prodigia, quae publice Romam nuntiari
et per sacerdotes Romanos expiari fas erat, in agro publico obseruata
fuisse neque ullam aliam ob causam publice procurata esse, nisi
quod rei publicae eius agri quem possidebat expiandi officium incum-
bebat, haud secus atque priuati portenti procreationem quiuis priuatus
in se suscipere debebat (Liu. v, 15, [6]). haec ita esse Liuii uerba
aperte demonstrant (xxxxiii, 13, [6]) duo non suscepta prodigia sunt,
alterum, quod in loco priuato factum esset — palmam enatam impluio
suo T. Marcius Figulus nuntiabat —, alterum, quod in loco peregrino:
Fregellis in domo L. Atrei hasta ... arsisse ... dicebatur; cum
eodem tempore publica prodigia procurata esse narret. quid quod
Constantinus imperator a. CCCXXII hunc in modum rescripsit (cod.
Theod. xvi, 10, 1): *si quid de palatio nostro aut ceteris operibus*
XVIII *publicis degustatum fulgore esse constiterit; retento more ueteris obser-*
uantiae quid portendat ab haruspicibus requiratur. quo pertinet quod
Liuius (xxxxv, 16, [5]) cum ait *Calatiae in publico agro M. Valerius*
civis Romanus nuntiabat ex foco sanguinem ... manasse, addit in

^{*)} [In: T. Livi ab urbe condita librorum CXLII periochae. Iulii Obsequentis
ab anno urbis conditae DV prodigiorum liber. Recensuit et emendavit Otto
Jahn. Lipsiae 1853, S. XVIII—XXVI.]

publico agro, quia facile quis hoc in agro priuato accidisse suspicari posset. unde apparet in corrupto Obsequentis loco p. 120, 14 *in Graecostasi* scribendum, neque uero quod traditum est *in agro Cortasi* ita emendandum esse, ut hominis priuati nomen reponatur. illud uero uix opus est monere, quae modo obseruata sunt eis prodigiis non adhibenda esse, quae ad mythica tempora pertinent; neque quemquam fallet, miracula quaedam, quae prodigiorum naturam referre uidebantur, ab annalium scriptoribus narrata esse, quamquam ea aut omnino aut certe publice non procurabantur. quodsi Aetnae incendium aut insula Lipara mota procurata esse inuenimus (p. 118, 6. 119, 5. 121, 10), ea re nihil aliud probatur nisi terrore commotos Romanos fecisse, quod ut facerent iure non cogebantur. neque uero si Obsequens de lacus Fucini (p. 118, 13) Padique (p. 124, 5) inundationibus, de Regii incendio (p. 118, 22) et Cyrenis peste uastatis (p. 121, 20) refert, inde colligere licet haec publica fuisse prodigia. et mihi quidem ueri simile uidetur, Obsequentem simili atque Orosius ratione excerpta sua eum in finem composuisse, ut christianorum temporum felicitatem ethnicorum inmanibus prodigiis inlustraret. porro neque id mirum accidere potest praeter prodigia publica ab annalium scriptoribus miracula cuiuscumque generis relata esse, quae hominum mentes in se conuertebant et fortasse per legatos Romam nuntiabantur. ita inter ea quae Liuuius xxiii, 10, [6 seq.] post pugnam Cannensem narrat distinguere licet prodigia nuntiata et uulgaria miracula, quorum quod in Sicilia accidisse traditur, publice certe expiandum non erat.

Quae si recte posita sunt, apparet ea quae de prodigiis referuntur eam utilitatem habere, ut inde de agri publici finibus XX conjecturam capere liceat. quamquam in tanta rerum minutarum, quae in hac quaestione alicuius momenti esse possunt, atque exceptionum multitudine omnia ad liquidum perduci nequeunt, praesertim cum plenam omnium prodigiorum notitiam conponere neque per temporis angustias possim nec, si possem, uellem. neque tamen prorsus operam lusisse uidebor, si Liuio et Obsequente ducibus prodigia locorum ratione habita recensebo. qua in re dolendum est, prodigia quantum scimus ante annum DV publice non fuisse litteris tradita. hoc ex nostri libelli titulo siue subscriptione effici potest; Obsequens enim nulla alia de causa ab hoc anno initium fecisse putandus est, quam quod eo tempore pontifices prodigiorum in annales referendorum initium fecisse apud Liuium relatum inuenit. priorum temporum prodigia, quae cognita habere nostra uel maxime interesseret, casu potius quam publica cura atque fide tradita esse uidentur.

tur.*)) similiter in bello sociali narrando Liuius scriptoribus eis usus esse uidetur, qui neglecta priscorum religione prodigia parum curabant, id quod ex ratione, qua prodigia eius temporis tradita inuenimus, hodie quoque intellegi potest. quare ego intra bellum sociale subsistendum mihi esse putauit.

I. Neapolis Nola Nuceria Constantia ciuitates aequis conditionibus, ut satis constat, cum Romanis sociatae fuerunt et solae inter Italicas in fide permanserunt ne Hannibalicu quidem bello excepto. unde colligi potest hisce regionibus agrum publicum non fuisse: atque re uera prodigia nulla inde nuntiantur; nam Nuceria (p. 125, 1) nihil impedit quominus Vmbriacu aut Brittacu esse putemus. Aenariae uero, quam Romanorum fuisse scimus donec ab Augusto Neapolitanis concederetur — qua de re in libro de dialectis Italiae p. 198 dixi — prodigium factum narratur p. 129, 20.

II. Coloniarum Latinarum agrum pro peregrino habitum fuisse Fregellarum exemplo confirmatum uidimus. sed cum Roma deducerentur atque in agro publico conderentur, non multum ibi agri publici remansisse, ueri simile est quamquam uel uiarum publicarum causa aliquatenus seruari debuit. explicari iam potest, cur tam pauca inde prodigia nuntiata sint, cum tamen maximi momenti essent eorumque frequentissima mentio fieret. ex eis uiginti tres — Signia Norba Circei Sora Interamna ad Lirim sita, Saticula Pontiae Cosa Paestum Beneuentum Aesernia Copia Valentia Brundisium Venusia Luceria Firmnm Cremona Placentia Aquileia Naruia Sutricum Nepet — nusquam quod sciam in hac re commemorantur; quarum uero mentio fit, hae sunt

Alba Liu. xxviii, 11, [3].

Ardea Liu. xxxii, 9, [2]. Obs. p. 120, 2.

Ariminum Liu. xxxiii, 45, [7]. apud Obsequentem p. 125, 3
Ameriae scribendum uidetur.

Bononia Obs. p. 119, 7.

*) [Die Frage, wie es zu erklären sei, daß die Prodigien des Obsequens mit dem J. 505/249 einsetzen, ist seitdem viel behandelt worden, teils in einem der Mommsenschen Erklärung zustimmenden, teils in ablehnendem Sinne (so besonders von O. Seeck, Die Kalendertafel der Pontifices, Berlin 1885, S. 67 f.); die Literatur ist angegeben bei L. Wölker, Die geschichtliche Entwicklung des Prodigienwesens bei den Römern. Studien zur Geschichte und Überlieferung der Staatsprodigien Leipzig 1903, S. 58, 3. Mommsen selbst hat späterhin seine Ansicht modifiziert: s. Röm. Gesch. I⁶ S. 461: „Die von Gemeindewegen gesühnten Wunderzeichen scheint man erst seit der 2. Hälfte des fünften Jahrhunderts d. St. regelmäßig in die Chronik eingetragen zu haben.“]

Cales Liu. xxiii, 10, [7].

Fregellae Liu. xxvi, 23, [5]. xxviii, 11, [3]. apud Liuum xxxii, 29, [1] e Bambergensi *Fregenae* restitui debet; Obsequentis locus p. 128, 19 hue non pertinet, quia de prodigio anni DCLX narrat, cum Fregellae a. DCXXVIII captae sint.

Hadria Liu. xxxiii, 45, [8]. de loco qui xxiii, 10, [10] legitur p. xviii [169] dictum est. fortasse Hadria ad Padum sita intellegenda est.

(*Setia* apud Liuum xxviii, 14 e conjectura parum probabili legitur.)

Spoletium Obs. p. 129, 22. de loco qui xxiii, 10, [10] legitur p. xviii [169] dixi; Obs. p. 133, 17 hue non pertinet, quia de prodigio post bellum sociale nuntiato narrat.

Suessa Liu. xxxii, 1, [10]; 9, [3].

III. Vt de innumeris prodigiis taceam, quae Romae et in urbis uicinia e. g. Capenae (Liu. xxii, 1, [10]. xxvii, 4, [14]. xxxiii, 26, [8]), XXII Gabiis (Liu. xxiii, 10, [9]. xxxxii, 16, [6]. Obs. p. 115, 27), Veiis (Liu. xxvii, 37, [1]. xxxxii, 9, [2]. xxxxii, 21, [12]. xxxxii, 2, [4]. Obs. p. 115, 4. 121, 19) accidisse narrantur, colonias tantum ciuium Romanorum commemorabo, quarum prodigia tam frequentia referuntur quam infrequentia coloniarum Latinarum. coloniae uero ciuium Romanorum certae hisce temporibus solae maritimae haberi possunt, quas a. DXXXXVII Liuius xxvii, 38 recenset.

Ostia Liu. xxvii, 11, [2]. 23, [3]. xxxii, 1, [10]. Obs. p. 120, 15.

Antium Liu. xxii, 1, [10]. xxviii, 11, [2]. xxx, 2, [9]. Obs. p. 115, 26 (?).

Tarracina Liu. xxiii, 44, [8]. xxvii, 4, [13]. xxviii, 11, [2]. xxviii, 14, [3]. xxxxii, 37, [3]. xxxx, 45, [3]. Obs. p. 115, 5; 25. 118, 12. 120, 17.

Minturnae Liu. xxvii, 37, [3]. xxxxii, 37, [3]. xxxxiiii, 13, [3]. Obs. p. 120, 3.

Sinuessa Liu. xxiii, 31, [15]. xxvii, 11, [4] cf. 37, [5]. xxxxii, 12, [7]. xxxii, 9, [3]. xxxxii, 21, [12].

Puteoli Liu. xxxvii, 3, [2]. xxxxii, 9, [5]. Obs. p. 119, 1.

Volturnum Liu. xxxxii, 37, [3] cf. Obs. p. 132, 2.

Croton Obs. p. 122, 7.

Pisaurum Obs. p. 116, 3. 127, 14.

Saturnia Liu. xxxxii, 20, [5]. Obs. p. 122, 8 (?). 123, 2.

Grauiscae Liu. xxxxii, 16, [6].

Luna Obs. p. 117, 25. 120, 1. 125, 3.

III. Ciuitatum, quas ante bellum sociale ciuitatem adeptas esse aut certum aut ueri simillimum est, haud minus frequentia, ut par est, prodigia referuntur harum

Tuseulum Liu. xxvii, 4, [11]. xxxvii, 3, [3]. xxxx, 16, [6].
 Lanuuum Liu. xxi, 62, [4]. xxiii, 31, [15]. xxiii, 10, [6].
 xxviii, 14, [3]. xxxi, 12, [6]. xxxii, 9, [2]. xxxv, 9, [3].
 xxxx, 19, [2]. xxxx, 21, [13]. xxxxii, 2, [4]. xxxxv, 16, [5].
 Obs. p. 115, 13. 117, 13. 126, 20.

XXIII

Lauinium Obs. p. 118, 9.

Aricia Liu. xxii, 36, [7]. xxiii, 44, [8]. xxx, 38, [9]. xxxx, 9 [3].
 Obs. p. 117, 1. 125, 27.

Frusino Liu. xxvii, 37, [5]. xxx, 2, [12]; 38, [9]. xxxi, 12, [7].
 xxxii, 29, [1]. Obs. p. 116, 8. 117, 12.

Priuernum Liu. xxvii, 11, [4]. xxxi, 12, [5]. xxxxii, 2, [4].
 Obs. p. 115, 29. 123, 1; 16.

Formiae Liu. xxxii, 1, [10]; 29, [2]. xxxx, 21, [4]. xxxx, 2, [4].
 Obs. p. 115, 25.

Arpinum Liu. xxx, 2, [12].

Anagnia Liu. xxvi, 23, [5]. xxvii, 4, [12]. xxviii, 14, [3].
 xxx, 2, [11]. xxxxiii, 13, [3]. xxxxv, 16, [5]. Obs. p. 116, 7.
 119, 14.

Sabini Liu. xxii, 36, [7]. xxiii, 10, [9]. xxxx, 12, [6].

Reate Liu. xxv, 7, [8]. xxvi, 23, [5]. xxx, 2, [11]. xxxxvii, 3, [3].
 xxxx, 2, [4]; 45, [3]. xxxxiii, 13, [4]. Obs. p. 116, 9.
 120, 13. 132, 19.

Nursia Liu. xxxvii, 3, [3]. Obs. p. 124, 6. 126, 21. 127, 16.

Eretum Liu. xxvi, 23, [5].

Amiternum Liu. xxi, 62, [5]. xxiii, 44, [8]. xxxx, 21, [4].
 xxxvi, 37, [3]. Obs. p. 117, 9; 19. 119, 12. 124, 11.
 frequentissima quae hic accidisse referuntur prodigia
 coniecturam per se satis probabilem confirmant, qua
 Amiternum ante bellum sociale in ciuitatem receptum
 esse putant.

Trebla Mutuesca Obs. p. 124, 15; 23; 30.

Venafrum Obs. p. 128, 2.

Caere Liu. xxi, 62, [5]. xxii, 1, [10]. xxvii, 23, [3]. xxviii,
 11, [3]. xxxxii, 21, [13]. Obs. p. 116, 4. 117, 11; 20 (?).
 127, 28.

Cumae Liu. xxv, 7, [8]. xxvii, 23, [2]. xxx, 38, [8]. xxxxiii,
 13, [4]. Obs. p. 130, 1.

Suessula Liu. xxv, 7, [7].

V. Ex eo tempore, quo Capua sui iuris erat, unum tantum XXIII prodigium a Liuio xxii, 1, [12] refertur, unde in tanta de antiquis temporibus fontium penuria nihil effici potest. ex quo a. DXXXIX Campas ager publicus factus est, frequentia prodigia commemorari consentaneum est.

ager Campas et Stellatinus Liu. xxvii, 11, [2]; 23, [2]; 37, [3].

xxx, 2, [10]. xxxii, 9, [2]. xxxv, 9, [4]. xxxx, 45, [3].

xxxxi, 9, [5]; 13, [2]; 21, [13]. Obs. p. 115, 3; 23, 123, 6.

Atella Liu. xxvii, 37, [2]. Obs. p. 124, 14.

Calatia Liu. xxxxii, 20, [5]. xxxv, 16, [5].

VI. Ciuitates Italiae, quae bello demum sociali Romanam ciuitatem adeptae sunt, quibus eas addam de quarum condicione nihil constat, multum agri publici continebant, quamuis maximam partem agro peregrino constarent. ita fit ut prodigia hic frequentiora quidem quam eis locis, quos primo et secundo loco, rariora quam eis quos deinceps enumeraui accidisse referantur.

Praeneste Liu. xxii, 1, [9] (xxiii, 10, [10] cf. p. xviii) Obs. p. 115, 4. 118, 5; 11. 122, 25. 128, 25.

Tibur quod nusquam commemoratur casu factum esse nequit; potius ciuibus Tiburtinis nihil agri ablatum esse uidetur.

Velitrae Liu. xxx, 38, [8]. xxxii, 1, [10]; 9, [3].

Ferentinum Obs. p. 120, 7, si modo Hernicorum oppidum intellegendum est.

Volsci Obs. p. 128, 8.

Casinum Liu. xxvii, 23, [2]. Obs. p. 115, 14.

Teanum Sidicinum Obs. p. 115, 15.

Satricum Liu. xxviii, 11, [2].

Compsa Liu. xxiii, 44 [8]. Obs. p. 116, 21.

Lucani Liu. xxxi, 12, [7]. Obs. p. 123, 16. 125, 3; 16. 128, 22.

Brutii Liu. xxxii, 1, [11].

XXV

Regium Obs. p. 129, 21.

Apulia Liu. xxiii, 10, [6]. Obs. p. 120, 16. 128, 25.

Arpi Liu. xxii, 1, [9]. Obs. p. 121, 20.

Marrucini Liu. xxiii, 10, [10].

Vestini Obs. p. 128, 11. 129, 19.

Picenum Liu. xxi, 62, [6]. xxxiii, 45, [7]. xxxv, 21, [3].

xxxviii, 22, [3]. Obs. p. 125, 14. 126, 13.

Auximum, ante coloniam deductam Liu. xxxxi, 21, [12].
xxxxii, 20, [6].

Asculum Liu. xxxii, 29, [2], si modo lectio certa est.

Vrbinum Obs. p. 128, 5.

Vmbria Liu. xxxviii, 22, [5].

Nuceria Obs. p. 125, 1.

Ameria Obs. p. 125, 3.

Etruria Obs. p. 125, 21.

Falerii Liu. xxii, 1, [11].

Fregenae Liu. xxxii, 29, [1].

Tarquinii Liu. xxvii, 4, [14]. Obs. p. 125, 17. 126, 11.

Faesulae Obs. p. 127, 24. 128, 14. 129, 4.

Arretium Liu. xxxii, 9, [3]. xxxv, 21, [3]. Obs. p. 127, 24.
128, 21. 129, 9; 18.

Perusia Obs. p. 124, 12.

Volaterrae Obs. p. 129, 8.

Volsinii Liu. xxvii, 23, [3]. Obs. p. 125, 14. 128, 8; 29.

His addo de quorum situ non constat

forum Esii Obs. p. 116, 5.

forum Subertanum Liu. xxvi, 23, [5].

forum Vessanum Obs. p. 122, 10.

XXVI

VII. Extra Italiam commemorantur

ager Gallicus Liu. xxi, 62, [5]. xxxxii, 2, [5]. Obs. p. 122, 11.
123, 17. 125, 26.

Mantua Liu. xxviii, 10, [7].

Syracusae Liu. xxxxi, 13, [2] cf. xxviii, 10, [10].

Cephallenia Obs. p. 116, 1. 118, 5.

Dabam Turici ineunte Ianuario a. MDCCCLIII.